Evang. p 856 Conf. quoque Cl. Dilherrus Eclog. Sacr. p. 92. ſeq. Spilenberg *Promptuar. Theol. in Matth. p 463. circa fin.* ſeq. Flacius *Clav. Scripturæ P. I. col 939 48* D Dieter. *Anal Evang. P III p 419.* a. D. Glaſſius *Rhetor S Tract. I cap 12. p 1328.* Syrus vertit ܘܬܪ̈ܥܐ ܕܫܝܘܠ *& portæ inferni*, Nom pl maſc Emphat. cum præfixo ܘ à ſingulari ܬܪܥܐ Hebr. שער (per μετάθεσιν literarum ר & ע & μεταβολὴν ש in ת) θύρα Germ. Thür Lat. *Oſtium, Porta* Tota hæc phraſis legitur ap Eſaiam c. XXXIIX 10 vadam בשערי שאול ἐν πύλαις ᾅδου, ut vertunt LXX. ſed ſenſu plane alieno Hiskias enim per *inferni portas* intelligit *ſepulchrum*, ſive locum mortuorum; qvæ portæ Pſal CVII. 18 vocantur שערי מות πύλαι τοῦ θανάτου, juxta Verſ. Gr. Conf. Pſal. IX 14. & Job XXXIIX 17 Salvator verò hoc loco *per portas inferni* Satanæ ejusque aſſeclarum conſilia, poteſtatem & machinationes intelligit, quibus Eccleſiam oppugnant, premunt & loco ſuo movere allaborant. Conf. Cl. Caſaub. *l. c. p 356. a* & Dilherr. *Ecclog. S. p 85*

ᾍδου] ᾅδης ου, ὁ, *infernus, tartarus*, per ſynæreſin pro ἀΐδης, ου, ὁ, quorum illud in Proſa, hoc in ligata uſurpatur oratione. Originem debet Adjectivo ἀΐδης, εός, ὁ, ἡ *obſcurus* ex α στερητικῷ & verbo ἰδεῖν, videre, ſic dictus, quòd locus ille damnatorum, ſit obſcuriſſimus, ζοφερὸς καὶ ἀνήλιος, tenebricoſus & (ut dixit Virg.) ſine luce domus, quam ſol luce ſua nunquam colluſtret & Voſſius lib. 2. de Orig. Idolatr. cap. 60. Eleganter Magnif. Dominus *D. Geier* Zeit und Ewigkeit P. II. p 240 circa fin ᾍδης kömpt her von α und ἰδεῖν und bedeutet ein ſolch Behältniß / welches itzo niemand zu ſehen bekömpt und in deſſen Finſterniß auch nichts erfreulichers geſehen werden kan; ſintemahl es iſt *triſtis ſine ſole domus*, kein Liecht Gottes und des Lammes iſt daſelbſt zu ſpüren: Es gibt daſelbſt Ketten der Finſterniß / worin die abgefallene Engel verſtoſſen und übergeben ſind / daß ſie zum Gericht behalten werden. 2 Pet. II 4 Es iſt daſelbſt ein dunckel Finſterniß in Ewigkeit v 17. Finſterniß da heulen und zähnklappen anzutreffen Matth IIX 12 c XXII. 13 c XXV 30. Conf. qq Franciſci Hanengeſchrey pag 791 Eſt ibi Princeps tenebrarum Epheſ. II, 12. qui & nunc in filiis incredulitatis operatur v. 2.

Syrus